



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 115. Stanislaus Hosius in Germaniam ad Cæsarem decretus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. manifestum fit testimonium animi ad  
 A.C. 1560 Lutheri sectam propensi. (\*)

## §. CXV.

*Stanislaus Hofius in Germaniam ad  
 Cæsarem decretus.*

*Pall. n. 9.  
 Bzov. hoc  
 ann. n. 60.*

Paulopost summus Pontifex Stanislaum  
 Hofium natione Polonum Varmien-  
 sem Episcopum, suumque in Cælaris  
 Aula

(\*) Hanc animadversionem addit Paulus Sarpus: cum autem Solus Amulius in privata quadam epistola 10. Augusti 1560. scripta hujus responsi mentionem faciat, exiguæ videtur esse auctoritatis, uti ostendit Pallavicinus l. 14. c. 14. n. 2. falso tamen Continuator narrat, hanc responsionem a Pontificiis pessime fuisse exceptam: Percipiamus totam rem ex ipso Pallavicino, qui ait: *Ferunt, a Maximiliano responsum, cuilibet mortali commodo conscientiam a se anteferri: effatum, quod in se optimum, si ad rem subjectam falso referretur, corrumpi posset in pessimum; cum in comperto sit, nefariis quibusque Sacrilegiis pietatis clypeum obtendi, Et vere cani, SUA CUIQUE DEUS FIT DIRA CUPIDO: quare quemadmodum inter veneficia ea sunt scelestissima, quæ rebus Sanctissimis abutuntur; ita inter defectiones a recta fide illæ sunt maxime noxiæ, quæ Sacratissima Dei, Et conscientie nomina ad eas cohonestandas profanant.*

Aula Nuntium ad Ferdinandum ablega-  
 bat, ut de Synodo Tridentum revo-  
 canda cum eo ageret: cum autem Im-  
 perator in hac re exequenda ingentia  
 prævideret obstacula, hinc ad propo-  
 sitionem sibi desuper factam hæc re-  
 spondit: „summopere quidem commen-  
 „dandum est Pontificis consilium, cum  
 „unicuique in comperto sit, quod Sy-  
 „nodi celebratio unicum sit medium,  
 „quo omnes tumultus Ecclesiam pro-  
 „sciindentes sedari possunt: hinc optan-  
 „dum fuisset, ut hoc jam pluribus re-  
 „tro annis fuisset arreptum, sicque tot  
 „clades, quæ rebus tum sacris, tum  
 „profanis acciderant, evitarentur; sa-  
 „tius tamen est, sero, quam nunquam  
 „medicinam admoveri, cum Christiana  
 „respublica adeo labefactata, ac per-  
 „turbata schismate laboret, ut sine ce-  
 „leri curatione externis viribus infide-  
 „lium ægre possit obsistere: sed quan-  
 „tumvis rei conficiendæ satageret Pon-  
 „tifex, molimen tamen operis annuo sal-  
 „tem spatio indiget; a me vero nihil  
 „diligentiæ ad rem facilius peragendam  
 prætermittetur „

Sæcul XVI.  
 A.C 1560.

§. CXVI.

*Obstacula Synodi convocationem re-  
 tardantia, atque a Cæsare  
 proposita.*

Postea